

VALRAMI EPISTOLA DE VITA S. LEONARDI CONFESSORIS.

(MARTÈNE, *ampl. Collect.*, I 655.)

VALERAMUS, Dei gratia Huenburgensis episcopus, serenissimæ matronæ domnæ GERTRUDI (1), devo- tum servitium, instantiam orationum ac semetipsum omnino in omnibus deditissimum.

Mirabilis Deus in sanctis suis, et cuius mens divinitus est inflammata, saepius divina prædicanda sunt miracula. Optimam partem dicitur Maria elegisse, quia, sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius; pro multipli administratione corporeæ refectionis Martha notatur nimium sollicitari, et erga plurima turbati. Porro, inquit, unum est necessarium, quod in partes seinditur, ad finem tendit; unum vero summum bonum est vera æternitas et beatitudo in idipsum. Raptentur insipientes circa viles hujus sæculi vanitates; tibi vero, juxta Salvatoris admonitionem, unum videatur necessarium, ut inhabites in domo Domini omnibus diebus vitæ tuæ, et videoas voluntatem Domini, et visites templum ejus. Filiae Babylonis quibus ignorant congregant divitias; tu vero, thesaurizando in cœlo, supergressa es universas. Age igitur quod agis, operare quod operaris, domum Christo, sacrarium Spiritui sancto, ut cum terrestris hujus habitationis domus solvatur, domum non manu factam invenias in cœlis, urbem fortitudinis nostræ Sion salvatorem, Jerusalem cœlestem, cuius participatio ejus in idipsum. Beata quæ credis, quia quod oculis vidisti, operibus exsequeris. Sic sanctus Leonardus in honorem sanctæ Mariæ parvulam primo fundavit ecclesiam, ubi omnibus diebus vitæ suaæ inhabitans, tandem de hac valle translatus est ad montem virtutum, ubi sicut iætantum habitatio est omnium. Benedictus Deus, quia et tu quasi turtur, invenisti nidum altare Domini virtutum, ubi, utinam! per intercessionem sancti Leonardi in salutem totius patriæ virtutes flant, sicut ubique in oratoriis sancti Leonardi aspiramus, nisi incredulitas omnium obstet virtutibus. Hereticorum perversitas adversus Christianos ma-

(1) Ipsa est, ut conjicimus, Gertrudis Ebertri marchionis Saxonie filia, relicta Henrici comitis de Nordheim, nobilis Ottonis Rixæ uxor Lotharii imperatoris, et Gertrudis palatinæ comitissæ mater, quæ allatas Treviis beati auctoris reliquias, in mo-

A xime temporibus sancti Leonardi incanduerat, idoneque, sicut viva voce fratrum percepimus, eorum malitia mirifica sancti Leonardi in hac vita, et opera penitus sunt abolita, vel sinistra interpretatione, sicut in ipso Salvatore nostro, infamata. Post transitum vero ejus eorumdem invidia scelus addidit sceleri, et, ut memoria ejus penitus auferretur de terra, Vita ejus, ubiunque inveniri potuit, est concremata. Quam magna, quam inusitata, quam denique incredibilia quotidie per cum sunt mirabilia, nulla prorsus antiquitatis, ut opinor, pandit historia. Sanctus Leonardus, sicut ipse veraciter perpendi, ad invocationem desolatorum semper est adiutor, clementissimus in opportunitatibus, in tribulatione, descendens de cœlo vultu instar solis rutilo, oculis stellantibus, habitu candidissimo; ad tactum ejus quilibet ferri rigor velut cera a facie ignis molitur, sique captivi, a vinculis absoluti, inter fugiendum fluminibus obstantibus divinitus transvectantur. Plurima id genus ejus sunt mirabilia fidem excedentia, sed nulli prorsus fidem inscienda: sicut per sanctum Leonardum Boamundus de paganorum captivitate, et rex Anglicus de fratribus sui tyannide integre suam recuperarunt potestatem, ita per eumdem mirificum sanctum dilatet etiam Dominus te ad orientem et ad occidentem, septentrionem et meridiem, crescatque vestra probitas in nulle milia. Possideat semen vestrum portas inimicorum suorum et benedicantur in te omnes tribus Germaniæ. Fideliter credas et nullatenus dubites, quia, quod de reliquiis ipsius mirifici sancti tecum partitus sum, auditu ipsius vocis sum adeptus, sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus seit. Et ne falsarium redarguant increduli, confido in ejus bonitate, quomodo pro tua devotione tibi idem continget experiri, praesertim cum multorum testimonio comprobatum sit clementissimum sanctum cum desolatis, quasi aliquem cum amico suo sermocinari.

nasterio Brunswici a se erecto recondidit anno Christi 1145. Et post curiculum duorum annorum, ut in Historia translationis a Godefrido Libnitio edita legitur, vitam universæ canis v Idus Decembriis felicite est ingressa.

VALRAMI EPISTOLA AD S. ANSELMUM.

Conqueritur de varietate ceremoniarum inter altaris sacrificium varie a variis observari solitarum.

(Exstat inter Opera S. Anselmi, tractatu De sacramentorum diversitate præmissa. Vide Patrologiæ, tom. CLVIII.)